

tur, sciendum est, propterea offerri (1) ut agentis desiderium manifestetur.

*l. i. §. 2. de postulando.*

(2) ut judicem & adversarium de specie futuræ litis instruat

*l. i. ff. & l. 3. C. de Edendo Wesemb. Ibid. num. 8.*

N. II.

Et quidem judicem ad hoc ut sciat quomodo sententiam ferre debeat, illa enim necessum est ut sit conformis libello.

*c. 31. ibi: ut juxta judicii formam, sententiæ quoq; forma dicetur. ibig. Gloss. de Simonia c. 24. inf. de accusat. Clem. 2. ibi: juxta petitionis formam pronunciatio sequi debet: de V. S. l. 18. Com. divid. Treut. 2. 23. 3. lit. A. in exeg. Perez. C. de sentent. quæ sine certa quantit. prolata est, num. 9. Carpz. I. P. F. P. 1. C. 2. Def. 16. & d. C. 26. def. 8.*

ubi explicat quomodo illa regula sit intelligenda.

N. III.

Reum verò ad hoc ut speciem futuræ litis prospicere possit, an contendere vel lite cedere velit, deliberet, et si contendendum putet se ad judicium tempestivè præparare queat.

*text. in d. l. i. ff. de edend. l. 3. C. eod. Rosbach. tit. 30. num. 6.*

N. IV.

*Effectus libelli duplici modo consideratur, ante & post litem contestatam.*

Ante litis contestationem editio futuræ litis speciem demonstrareo, ut inde sciat, utrum cedere an contendere debeat, prout numero præced. dictum est.

Post litem verò contestatam, instrumentorum aliorumque editio tendit vel ad instruendam probationem,

*l. 10.*